

Consultazione circa i "Lineamenta" del Sinodo dei Vescovi

Riportiamo, per documentazione, la lettera dell'11 gennaio 1982 del Segretario Generale del Sinodo dei Vescovi, indirizzata al Presidente della C.E.I., circa la consultazione sul documento « La riconciliazione e la penitenza nella missione della Chiesa » e circa la elezione dei Vescovi deputati e sostituti al Sinodo 1983.

SYNODUS EPISCOPORUM - PROT. N. 20/1982.

Venerabilis Frater,

Iam litteris die 25 Iulii 1981 datis Tibi notum feci Summum Pontificem argumentum « De reconciliatione et paenitentia in missione Ecclesiae » disceptationibus proximi Coetus Generalis Synodi deferendum statuuisse. Nunc autem tria Tecum communicanda habeo.

1. Argumento a Summo Pontifice selecto, Secretaria Generalis Synodi necnon Consilium eiusdem Secretariae, statim in opus incubuit apparandi « Lineamenta », quorum textum officialem latinum, in varios hodiernos sermones conversum, nunc hisce litteris adiunctum Tibi transmittere propero.

Quae « Lineamenta » proprie non sunt schema futuri cuiusdam documenti synodalis, nec ullo modo sibi attribuunt perfecti operis notam, sed finem habent solummodo circumscriptum, quapropter operae pretium non est illa subtili examini subicere, eo minus textum eorum perpolire, vel corrigere. In iis potius problemata et quaesita adumbrantur ad consultationem excitandam et promovendam.

Proinde rogo Te, Venerabilis Frater, ut post consultationem, quae modo et amplitudine magis opportuniori perficiatur, suggestiones et animadversiones de argumento « De reconciliatione et paenitentia in missione Ecclesiae » in synthesim collectas huic Secretariae Generali ante diem 1 Septembris 1982 transmittere velis.

Postea eadem Secretaria Generalis curabit ut iuvantibus responsionibus « Instrumentum laboris » pro disceptatione synodali paretur.

2. Honori mihi duco ad Te mittere folium his litteris adiunctum quo E. mus D. Augustinus Casaroli, Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis Praefectus, nomine Summi Pontificis, de convocatione proximi Coetus Generalis Synodi Episcoporum me certiozem facit.

3. Itidem, de Summi Pontificis mandato enixe rogantur omnes qui ad normam art. 5 § 1, n. 1 a et § 1, n. 2 *Ordinis Synodi* ius habent interveniendi, ut huic proximo Generali Coetu Synodi intersint.

Quod attinet autem ad eos qui ad normam art. 5-6 eiusdem *Ordinis eligendi* sunt, enixe rogo Te, Venerabilis Frater, ut rite procedatur ad electionem eorum Sodalium, qui pro ista Episcoporum Conferentia vel Unione Superiorum Generalium interesse debent.

Conferentiae Episcopales et Unio Superiorum Generalium insuper unum alterumve Sodalium *Substitutum* eligant, qui Summo Pontifice approbante, partem in Synodo agere poterit solummodo si Sodalis, cuius ipse vices gerit, adesse nequiverit (cfr. art. 6 § 4 *Ordinis*).

Faveas, quaeso, Venerabilis Frater, huic Secretariae Generali nomina eorum qui electi fuerint per Summi Pontificis Legatum tempestive communicare.

Hanc occasionem nactus, impensos aestimationis meae sensus Tibi ex animo pando et remaneo

Tibi add.mus
+ JOSEPHUS TOMKO
Secr. Gen.

* * *

Riportiamo pure la circolare del 1° febbraio 1982 della Segreteria Generale della C.E.I., con la quale è stato inviato a tutti i Membri della Conferenza il documento del Sinodo dei Vescovi.

CONFERENZA EPISCOPALE ITALIANA - PROT. N. 91/82

Venerato Confratello,

sono lieto di trasmetterLe i « Lineamenta » del Sinodo dei Vescovi 1983 su « La riconciliazione e la penitenza nella missione della Chiesa ».

La Segreteria del Sinodo, mettendo a disposizione questo primo sussidio — che sarà pure presentato e illustrato nell'Assemblea Generale C.E.I. dell'aprile prossimo —, desidera raccogliere suggerimenti e consigli da tutte le Chiese particolari.

Sarà conveniente, pertanto, come in passato, che i « Lineamenta » siano oggetto di studio nelle singole diocesi, e che le riflessioni relative siano vagliate e sintetizzate nelle rispettive Conferenze Episcopali Regionali.

Queste sono pregate di inviare le osservazioni conclusive, globalmente, alla Segreteria della C.E.I. entro il 31 luglio p.v.

Grato dell'attenzione, colgo volentieri l'occasione per confermarmi con distinto ossequio

dev.mo
+ LUIGI MAVERNA
Segretario Generale